

trito, quale necessarium.

4. Pœnitentiã de quolibet peccato, an agi possit.
5. Dolor maior, an requiratur de peccato maiori.
6. Dolor de quolibet peccato, an debeat continuari etiam post remissionem.
7. Peccatum alienum, quando sit proprium, contritionem parit, quod fit quatuor modis, num. seq.

De materia contritionis.

Cap. III.

- D**iximus supra, cap. 1. de sacramento pœnitentię, materiam illius sacramenti remoram esse peccata, † quę sunt obiecta actus pœnitentię; quem quidem actum hic nomine contritionis intelligimus: quare peccata sunt ipsius contritionis materia. † Hinc in definitione ipsius cõtritionis sequitur, quod est dolor assumptus de peccatis; non autem de originalibus, quia illa non sunt materia, neque propria, neque principalis: non principalis, quia illa tolluntur per baptismum; neque propria: nam cum illa non propria uoluntate commiserimus, [c. maiores s. uerum. extra de baptis.] nec potest nos eorum pœnitere, sed bene cedere, & displicere, ut hoc, aut illo simis genere, aut ingenio; aut corporis habitu nati. Igitur peccatum mortale proprium præteritum, & non futurum, est materia propria, & principalis contritionis; propria quidem, quia illorum nos pœnitere debet, quę propria uoluntate commisimus. est principalis, quia propter mortale tantum conterere debemus principaliter: cum tantum per illa auertamur à Deo, D. Thom. dist. 17. art. 2. ad secundam. Sot. dist. 14. q. 1. ar. 2. præteritum, quia proprię contritiõ respicit peccatum præteritum, ex consequenti futurum, S. Tho. eo. art. quæst. iunc. 4.
- quatenus debet habere propositum nõ amplius peccandi, Nau. cap. 1. num. 11.
- § Nam † etsi contritio non se extendat

ad peccata futura, sed tantum perpetrata, non tamen fiet cõtritiõ, nisi se extendat ad propositum non amplius peccandi, c. pœnitentiã, in fi. de pœnit. distin. 3. [Vnde Gre. Qui sic alia deplorat, ut alia tamen committat, hoc est, committere proponat, adhuc pœnitentiã agere, aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest si peccata luxurię quis defeat, & adhuc auaritię æstibus anhelet? Sic enim accipitur quod ait Aug. & habetur ibidem, in c. inanis, ead. dist. Inanis est pœnitentiã, quam sequens culpa coinquinat. Et iterum. Nil profunt lamenta, si replicentur peccata. scilicet in uoto.] Non tamen istud propositum requirit, quod pœnitens credat se non peccaturum mortaliter, quinimo etiam si hoc credat, potest absoluti, modo nõ diffidat se posse de hoc impetrare auxiliũ à Deo: quia sic peccatum in fidelitatis committeret, & confessio non ualeret. Nauar. cap. 1. num. 12. & capit. 9. num. 15.

4. [Sed † an de quolibet peccato possit agi pœnitentiã. Respon. quod sic. unde Chryl. inquit, etiam si ad summum dolorem quis perueniat malorum, Deus reuertentẽ libenter suscipit. Hęc enim est differentia Spiritus uniti carni, & separari à carne: quia ille est susceptibilis pœnitentię, hic autem non. Hinc est, quod de omni peccato commisso à Spiritu in carne existẽte, dum in carne est, potest agere pœnitentiã; post separationem autem à carne non potest: sunt tamen peccata quedam, quę non committuntur ex fragilitate carnis, uel ignorantia, sed ex malitia, & ideo in his difficilius agitur pœnitentiã, & ita intelligitur illud Matth. 12. Qui peccauerit in Spiritum sanctum, non remittetur ei; & c. i. uix remittetur. nam ad literam, dictum Euangelistę tantum intelligitur de finali impœnitentiã, quando nullo modo pœniter, iuxta gl. in c. si sacerdos, de pœ. d. 1.
5. Sed † an de maiori peccato maior requiratur dolor. Resp. quod sic de honestate, uel consilio, non autem de necessitate: alias sequeretur quod peccator teneretur.